Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T

sollempniter obseruari perpetuo ab omni ecclesia apud
castrum diuionense sancti benigni presbiteri qui missus a beato
policarpo ad predicandum galliam postquam est a terrencio
comite grauissimis tormentis multiplicatur afflictus:
tandem collum eius uecte ferreo tundi et corpus lancea
forari iubetur In campania ciuitate terracina: sancto-
rum cesarii diaconi et iuliani presbiteri qui cesarius tempore
claudii diebus multis in custodia est maceratus: et
postea cum eodem iuliano in saccum missus sicque in mare pre-
cipitatus Ciuitate parisius: deposicio beati martelli con-
fessoris qui ut dignus monstraretur futurus antistes
eius merito nunc aqua in uinum: nunc uero mutatur in bal-
samum Item sancti seuerini monachi de tiburtina ciuita-
te: et natale sancte marie que diris uerberibus afflicta
eculei extensione et ungularum laniacione uexata:
martirium consummauit Ciuitate baiocas: sancti uigoris
episcopi In pago uastinensi: sancti maturini confessoris Pic-
tauis ciuitate: sancti hilarii confessoris IIII NONAS. 2

*Natale beati uictorini bitabionensis episcopi qui post mul-
ta commenta ut sanctus ieronimus testatur: perse-
cucione diocleciani martirio coronatus est Rome tem-
poribus adriani imperatoris passio beatorum eustachii
cognomento placidi: et uxoris eius theospis cum filiis aga-
pio et theospite quorum miri actus leguntur Horum festiui-
tas cum in kalendis habeatur: hic tamen plenius celebra-
tur Apud laodiciam sancti theodori episcopi qui non solum uerbis
sed et rebus et uirtutibus extitit coronatus Eodem die sancti
ambrosii abbatis monasterii agaunensis qui magnis

*Commemoratio omnium Fidelium defunctorum.